



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Typographvs Lectori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

T Y P O G R A P H V S
L E C T O R I .

NON est nouum aut inauditum, honestis laboribus & conatibus pijs comitem accedere inuidiam, & hos obrectationem persequi. Quamobrem neq; mihi fortuna ista recusanda, communis cum multis operam nauantibus religioni, & sapientiae ac virtutis studiosis, & lu&ctandum est nonnihil cum calumnijs malevolentiae. Consumtis autem alijs quasi sagittis maledictorum, quas clam palamq; coniecit improbitas in hoc præclaris. & diuinum opus, quod nunc iterum à me editur, cum nihil ferè omnium hoc laderet, deuentum est ad quoddam mirificum quasi tormentum, quo euertatur scilicet totius operis existimatio & fama bona: sparsis rumusculis non congruere in expositione Confessionis Augustanae, nostram editionem cum alia necio qua. Nam quod in Apologia quoque scripto, quædam posteriora à prioribus discrepare repériuntur, de eo, quia autoris & iudicium liberum & sui arbitrij sententia fuit, mihi disputandum non est: & qui illum repræhendunt hoc nomine, idem faciunt scilicet quod in alijs, ostentantes suam doctrinam, & ea efferentes se supra magistrum suum. Etsi autem opus confessio-
nis nullius odij acerbatisq; impetus prostertere poterit vñquam, & ego scio aduersum sycophantæ mortus non esse remedium: commemoranda tamen de hoc quædam putauimus, & nostrum consilium atq; factum indicandum, ne errore aliquis laberetur. Ante omnia igitur sciendum, cum decreuissim edere Corpus hoc Doctrinæ, me diligenter contulisse antiquissima exempla, qùx potuisse nancisci, cum recentissimis, neq; vspiam deprehendisse sententiam vel minima in parte mutatam. Quod autem proxime diuulgata ferè in manibus omnium haberri viderem, ideo ea exprimere optimum ratus fui. Nunc vero postquam in his ab ob-

B trectato-

rectatoribus, non meis sed autoris, viri summi & de
omnibus publice, de plurimis, & ijs quidem in primis à
quibus infestissime oppugnatur, priuatum benemeriti,
notari quædam, mihi indicatur, quasi mutando deprå-
uata: Quod ad detergendam hanc maculam maxime
appositum indicaui, id feci, vt omnia verba discrepan-
tia de alia editione excerpta, nunc adderem proxime
expresis, subiecta suo quæp loco. In quibus tanta fuit
sedulitas mea, vt paucula etiam verba his signis () in-
clusa noluerim omittere. Hanc diligentiam gratam fu-
turam bonis non dubito. Obrectationum etiam ini-
quitas itæ detegetur, & falsum crimen depelletur. Istam
autem infinitæ petulantiae non audaciam sed furem,
vtens ministra potentia gubernatrice refutabit æternus
Deus, & superbiæ tumultuatri ci ipse se opponet. Cui
permittentes euentum, occupemur suo quicq; loco in
ijs quæ pia sunt, & honesta, & recta, vt celebretur
sanctissimum nomen ipsius, per cœlestis verita-
tis, quod est verbum Dei, propagatio-
nem, ad salutem nostram,
Amen.

P RÆ.